

Sect. 1. *Lopidium*, Hook. f. et Wils.

1. H. PLUMARIUM (*Mitt.*). Monoicum; rami plumaeformes, pinnati. Folia patentia, imbricata, anguste oblongo-lanceolata, stipuliformia a basi latiore ovato-lanceolata, patula, omnia nervo in mucronem excurrente instructa, limbo superne serrulato marginata, cellulis parvis rotundis; perichaetia erecta, subulata, attenuata, integerrima. Theca in pedunculo brevi crasso cygneo-flexo, ovalis, aequalis, operculo subulato, peristomii dentibus teneris, interni processibus angustis, in membrana brevissima impositis.

*Hab.* Brasilia, Parana, in sylvulis "capaos" planitierum "campos" ad arborum truncos, etiam Fazenda do Lageado prope Coritiba (2000 ped.), *Weir*, n. 1. Ins. Chiloe, *Lobb*; ins. Auckland, *J. D. Hooker*.

Rami 3-unciales, latitudine cum foliis 1 1/2 -lineares. Folia pallide viridia, cartilaginea, lutescentia. Pedunculus 2-linearis.

*H. concinno* simile, et flexura pedunculi etiam conveniens, sed florecentia et peristomio diversum.